



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

S. Lvpvs Ratisponensis Episcopvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

S. LVPVS

RATISPONENSIS EPISCOPVS.

Sunt qui D. Lupum pro Christo occubuisse tradant; sunt qui negent, sunt qui rem in medio relinquant. M. Velferus diligentissimus veri indagator. Ante Boica tempora, inquit, quosdam sedisse non ambigam, etsi memoria ferè excidit. Unius Lupi superat, sanctitatis fama posteritati commendati. Quem qui Zenone imperante à Theodone primo pietatis causa cesum memorant, temporum rationem nullam habent. Neque ego exemplum, quo Boij in Christianorum sanguinem unquam seuerint, vllum proditum reperio. Absurdius errant qui Lupum hunc cum eo confundunt, qui Cethmarum Carantano- rum Principem Pipini atate in fide instituit. De Lupoporro apud veteres extat nihil, nisi quod hic relatum.

*Tempus incertum.
 Catal. Episc. Ratisp.
 Avent. l. 3. p. 256.
 Hund. l. 4. p. 212.
 Vels. l. 4. p. 212.*



C 4

S. EVSTA.

MOD 2